

catus , est non justificatus , non vocatus .
 Perinde ac si colligas , Omnis in iudicis Olympiis coronatus fuit ad istum iudicium vocatus , cucurrit ad metam , Ergo omnis non coronatus non fuit vocatus , non cucurrit .
 „ Propositiones Universales non reciprocas , inconsequenter colligere , nisi convertantur per contrapositionem , pueri logicorum sciunt . Πορογάματα hujusmodi etiam à summis Philosophis admitti posse Gerh. Ioh. Vossius declarat exemplo l. 2. de Orig. Idol. c. 2. pag. 741. Fefellit non vulgares modo animas , sed summos etiam Philosophos , σόφισμα sive ἀσυλλογίσια quædam , quæ iſtiusmodi eſt : Gravia omnia sunt opaca . Et nubes eſt opaca , saltem præ aère infero , Inferiori igitur aère gravior eſt . Non jam dicam de forme vitio pueris conspicuo . Obducam modò simile argumentum , Graviora cuncta sunt opaca . At qui lignum eſt opacum præ aquis quibus supernatur , Lignum igitur gravius eſt aquis . Quid stultius ? Dialogismi omnem methodum ex antiquitate exemplis declaravimus in Christeid. act. I. theatr. 3. phænom. I. pag. 603. & seqq. & polemologh. p. 135. & seqq. ac noviter in compendium arctavimus in Salv. Reform. p. 840. & seqq. nolo excusa recudere .

§. 12. Supereſt TERTIUS Agonis actus Convictio ; Quippe post discretionem verità falſo , puri à confuso , liquidi ab illiquido è crisi